

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

---

## LIBER DE HYDA.

455—1023.

FROM A MS. IN THE LIBRARY OF THE EARL  
OF MACCLESFIELD.

12922.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

## LIBER DE HYDA.

## CHAPTER I.

[*Introduction. — Legend of Albina. — Summary of English History before the Norman Conquest.*]

REGNUM quod modo Anglia nominatur, olim dicebatur *Albyon*, et hoc modo. Ut enim repperi in quadam *Chronica vetustissima*, quod fuit in regno Syriæ quidam rex nobilis, nomine Dioclitianus, qui fere omnia regna confinia sibi subjugaverat. Hic rex, ex regina sua nobili orta genere, cognomento Labana, triginta et tres genuit filias, aspectus supra modum pulcherrimi, quas desponsavit rex pater triginta principibus sibi tributariis. Qui reges et reginæ cum aliquamdiu mora- rentur, ad invicem uxores suis non complacuerunt <sup>Chap. I.</sup> <sup>Introductory.</sup> <sup>fol. 1 a.</sup> viris, nec suis sponsi uxoribus. Ad ultimum, tanta seminata est in ipsis discordia, quod dum domini reginarum in somni temporalis soporem resloverentur, prædictæ dominæ ipsis regibus propriis guttura inscidentes, irrevocabilis mortis propinaverint haustum. Quod nefandissimum<sup>1</sup> factum cum ad earum patris notitiam pervenisset, ira vehementer excanduit Dyoclitianus, et, pro commisso nefario,<sup>2</sup> proprias filias in unum congregatas decrevit igne concremari. Sed tan-

<sup>1</sup> MS., *nephandissimum*.

| <sup>2</sup> MS., *nephario*.

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

dem victus suorum magnatum consiliis, sententiavit ipsas pro perpetuo mitti in exilium.

Quid multa? Paratur interea navis dispositisque ipsarum vitae necessariis in mare transmittuntur. Mare tandem dum diu sulcarent, pervenerunt ad quandam insulam, humano solatio per omnia destitutam. Ad quam applicantes, consentientibus cæteris sororibus, ab Albina primogenita, quæ primitus omnium insulam ingressa est, nomen *Albyon* insula hæc sortita est. Quæ mulieres per longum tempus radicibus herbarum et arborum fructibus vicitabant. Demum ad lautiora et delicatiora se conferentes cibaria, videlicet, ad carnes ferarum quadrupedum, avium, et hujusmodi, complexione earum incremente, [nimis?]¹ humana supra modum affectabant consortia, sed minime invenire potuerunt. Quod cernens, humani generis inimicus, diabolus, spiritus incubos misit, qui, per diversi mundi climata, humana congregantes semina, diversimode et illicite effusa, accipientesque corpora aerea ingressando aerem, divina permissione, in forma hominum, quasi homines eum prædictis reginis concubuerunt. Ex quibus nati sunt gigantes, quorum unus dictus est Gogmagog, et alius Langrian, cum pluribus aliis, quos omnes Brutus, in hanc terram veniens, vitali luce privavit. Qui quidem Brutus, cum innumerabili exercitu, hanc insulam conquirens, et in eadem regnans, a nomine suo prædictam insulam Britanniam appellabat. Et post Higden. modum in ipsam terram Saxonibus applicantibus ac regnantiibus, sive ab Angela regina, clarissimi ducis Saxonum filia, vocata est Anglia,² ut recitat Ranulphus Cestrensis in suo *Polychronicon*, libro primo, capitulo nono.

Destruction of the  
giants and  
conquest of the  
island  
by Brute.

fol. 1 b.

Brutus regnavit in hanc terram, ante incarnationem Christi annis millenis centenis triginta uno, ut patet

<sup>1</sup> This word is almost obliterated in the MS.

ab Angela, &c. (Gale's text, § 16.)  
*Codex Winton.*, lib. i. c. 39 (fol. 38).

<sup>2</sup> Higden, *Deinde a Saxonibus sive Anglis . . .* vocata est *Anglia*, sive

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

## LIBER DE HYDA

5

per Vincentium, in quarta parte *Speculi Historialis*. Comparative antiquity of the English and French monarchies.  
 Et sic regnum Angliæ est antiquius regno Franciæ per mille annos et multo amplius, quia Marcomannus dux fuit primus rex Franciæ, circa annum Domini quadringentesimum, ut<sup>1</sup> habetur per Vincentium, in quarta parte *Speculi Historialis*.<sup>2</sup> Et sic inconcussa stetit

Alfred of Beverley, as quoted by R. Higden (amplified and altered). Cod. Winton. lib. i. c. 51, fol. 42.

apud Britones insulæ monarchia, a primo scilicet Bruto, usque ad Julium Cæsarem. A quo Julio, usque ad Severum imperatorem, hæc insula Romanis fuit vectigalis et subacta, reges tamen habuit ex se ipsa. A Severo vero, usque ad ultimum municipem Gratianum, deficiente Britonum successione, Romani in ea regnaverunt. Romanis tandem, propter itineris longitudinem, seu propter inevitabiles<sup>3</sup> aliunde occupationes, regnare desistentibus, Scotti et Picti Britanniam, omni armato milite per abductionem Maximi tyranni vacuatam, diutius afflixerunt, quousque Saxones a Britonibus invitati contra Pictos, regem Hibernicum Gurmundum, cum Pictis suis, et ipsos Britones cum Karetico rege suo, de Loegria, quæ modo Anglia dicitur, expulsos, usque in Cambriam profugassent; sicque Saxones victores effecti, prout quæque provincia potentior erat, reges proprios sibi constituentes, terram Angliæ in septem divisorunt Formation of the Heptarchy regna; quæ tamen postmodum successione pariter et conquisitione in unam monarchiam primitus sub nobilissimo ac Victoriosissimo principe Egberto ac rege West-saxonum, avo<sup>4</sup> Alfredi, fundatoris hujus monasterii de Hyda, olim appellati *Novum Monasterium*, coierunt. ultimate union under Egbert.

Dani autem, a tricesimo secundo anno Egberti An-glorum primi monachi, videlicet ab anno gratiæ octingentesimo tricesimo secundo, usque ad tempora sancti Edwardi tertii ante conquestum, per centum septuaginta

<sup>1</sup> MS. repeats *ut*.<sup>2</sup> Vincent of Beauvais, *Speculum Historiale*, xvii. § 4. (Menton's edit. of 1473-6.) But the quotation is inaccurate. Vincent dates

the French monarchy from A.D. 381, and makes "Marcomirus" the second monarch.

<sup>3</sup> MS., *mentabiles*.<sup>4</sup> MS., *anno Alfredi, &c.*

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

et plures annos terram hanc jugiter infestaverunt, sed per triginta annos in ea continue regnaverunt. Post Danos vero sanctus Edwardus, Anglus, pene viginti quatuor annis regnavit. Et post eum Haroldus novem mensibus regnum tenuit. Post quos Normanni in ea usque hodie præsederunt.

## EXPLICIT CAPITULUM PRIMUM.

## INCIPIT CAPITULUM SECUNDUM.

*De regno Cantiae.*

Chap. II. Primum regnum fuit in Anglia regnum Cantuariense. Alfred and  
Kingdom of Kent. rum, ab australi oceano usque ad flumen Tamisie pro-  
of Kent. tensum. In quo primus Hengistus Saxonius, sub  
A.D. 455. anno Domini, secundum Dionysium, quadragesimo  
quinquagesimo quinto regnare coepit, et duravit reg-  
num illud per annos trecentos sexaginta octo, sub  
regulis quindecim; donec Baldredo expulso, Egbertus,  
incensus rex Westsaxonum, regnum illud suo annexeret  
imperio. In quo quatuor Pagani regnaverunt; quintus  
vero, videlicet Ethelborthus, qui per sanctum Augus-  
tinum monachum, cum quadraginta monachis, in An-  
gliam applicantem, cum tota sua provincia, ad fidem  
Christi conversus, necnon et sacri baptismatis unda  
perfusus est. Hic Ethelborthus regnum Cantiae extendit  
usque ad flumen Humber. Piores vero reges solum-  
modo in Cantia regnaverunt. Quæ provincia Cantiae  
Britannice dicitur *Kent*, Anglice *Kanwarrelond*. In Malmes-  
bury. Conver-  
sion of  
Ethelbert,  
by St. Au-  
gustine.  
fol. 1 c. qua sunt duo<sup>1</sup> episcopatus, archiepiscopatus Cantuarie et epi-  
scopatus Rofensis.

## EXPLICIT CAPITULUM SECUNDUM.

<sup>1</sup> W. M., *iii.* (Hardy's text, § 99.)

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

## LIBER DE HYDA.

7

## INCIPIT CAPITULUM TERTIUM.

*De regno Suthsaxoniæ.*

Secundum regnum fuit regnum Suthsaxonum, habens ab oriente Cantiam, ab austro Mare et Vectam Insulam, ab occidente Hamptschireiam, ab aquilone Suthreiam, in quo primus Ealle, cum tribus filiis suis, tricesimo anno ab adventu Anglorum cœpit regnare. Cui successit Cissa, filius Ealle, et eorum progenies usque ad Athelwoldum, qui primus regum Suthsaxonum, per beatum Birinum, Gewyseorum apostolum et monachum, ut scribit Vigilantius, in libro *De Basilica Petri*, capitulo octavo, ad fidem Christi conversus et baptizatus est, in provincia Merciorum, præsente rege Merciorum Wlfere ac sugerente, a quo etiam egressus de fonte loco filii susceptus est. In cuius signum adoptionis Wlfere, rex Merciorum, duas illi provincias donavit, Vectam videlicet Insulam, et Meannarorum provinciam, in gente Occidentalium Saxonum.

Beatus itaque Birinus, episcopus et monachus, concedente rege, primos provinciæ duces ac milites sacra fonte abluebat. Cappa vero, et Peada, et Burgelyn, et Ciddi, presbyteri et monachi, ceteram plebem tempore sequenti baptizabant, videlicet tempore quo beatus Wilfridus, Eboracensis archiepiscopus et monachus, residuam Suthsaxonum plebem ad fidem Christi convertit. Regina vero, nomine Ebbe, in sua, id est, Huncciorum provincia, baptizata est. Cæterum tota provincia Australium Saxonum divini nominis et fidei erat ignara, usque ad adventum beati Wilfridi, qui apud Selesey divertit, quod interpretatur Insula Vituli Marini, ibique monasterium construxit, episcopusque ibi et abbas monachorum sedit per quinque annos, usque ad mortem Egfridi, regis Northamhybrorum, prædicavit, populum convertit.

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyde: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)A legend  
of St. Wil-  
frid.

Veruntamen quia per tres annos ante ejus adventum ibidem non pluerat, prima die baptismi sui imber cecidit, terra viruit. Homines patriæ collectis retibus anguillaribus piscari docuit; unde se adjuvante divina gratia populi cepere diversi generis pisces trecentos, quibus trifariam divisis, centum pauperibus dederunt, centum his a quibus retia acceperunt, centum in suos usus habebant.

Subjection  
of South  
Saxons by  
Cedwalla  
of Wessex.

Sed non diu duravit regnum istud Suthsaxonum. Nam supervenit interea Cedwalla, rex Gewyseorum sive Occidentalium Saxonum, juvenis strenuissimus, cum exercitu copioso, regemque Australium Saxonum Ethelwoldum interfecit, graviorique servitio provinciam illam subegit; et sic regnum Suthsexiæ ad dominium transivit regum Westsaxonum, quod incepit anno incarnationis Dominicæ quadringentesimo nonagesimo primo, post obitum Hengisti anno tertio. Domabantur reges Australium Saxonum in Suthsex tantum aliquanto tempore, eratque sedes episcopalilis illius pagi quondam apud Selesey, modo est apud Cicestriam.

fol. 1 d.

A.D. 491.

## EXPLICIT CAPITULUM TERTIUM.

## INCIPIT CAPITULUM QUARTUM.

*De regno Estsaxonice.*

Chap. IV. Tertium regnum fuit Estsaxonie, habens ab oriente Alfred of Kingdom Mare, ab occidente pagum Londoniae, ab austro Thami- Beverley, of Essex. A.D. 492. siam, ab aquilone Southfolk. Cujus loci reges a primo Siberto usque ad tempora Dacorum, per decem reges fere sub aliis regibus parebant; frequentius tamen et diutius regibus Merciorum subjacebant, donec rex West-saxonum Egbertus illud suo annexeret imperio,<sup>1</sup> ut

<sup>1</sup> Alfred of Beverley, *expulso rege Merciorum Wiglano, regnum ejus regno suo annexit.* (Hearne's text,

B. vi. p. 95.) The Hyde chronicler is here following Higden's abbreviation of Alfred.

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

## LIBER DE HYDA.

9

scribit Alfridus, in sua *Chronica*; et ut dicunt Chronicantes, regnum Orientalium Saxonum habuit<sup>1</sup> Erkenwynum et Sleddam, paganos reges, et Sibertum, qui <sup>Conversion of Sibert.</sup> fidem Christi suscepit prædicatione Melliti, episcopi et monachi, [ut patet] per Bedam<sup>2</sup> *De Gestis Anglorum*, libro primo, capitulo vicesimo nono. Hic Sebertus primo fundavit Westmonasterium, ut dicunt quidam, sed Radulphus, Londoniensis archidiaconus, [scribit] quod ecclesiam Sancti Petri de Westmonasterio sanctus Melitus, episcopus Londoniensis, fundavit; sed a rege Edwardo tertio, ante conquestum, ditatam [esse]. Deinde Succession Sexredus, Sigebertus, Guitelinus, Segerus, et Sebba, qui, <sup>of the East</sup> Saxon regno terreno dimisso, primus omnium regum Angliæ kings. monachicam vitam præelegit, habitumque suscepit, [rexerunt]. Deinde Sigardus; cui Offa, qui secundus regum Angliæ Romam profectus in monachum tonsoratur. Deinde Celredus; cui Cuthredus; et ex post hoc regnum in Egberti regis Westsaxonum jura transivit. Incepit enim regnum Orientalium Saxonum anno Dominicæ A.D. 492. incarnationis quadringentesimo nonagesimo secundo, post obitum Hengisti anno quarto. Dominabantur autem reges Orientalium Saxonum in Estsexia, et Midelsexia, et dimidio Hertfordensi, quibus pagis præest<sup>3</sup> episcopus Londoniensis.

Malmesbury.

## EXPLICIT CAPITULUM QUARTUM.

## INCIPIT CAPITULUM QUINTUM.

*De regno Estanglorum.*

Quartum regnum fuit regnum Estanglorum, habens Chap. V. ad orientem et aquilonem Mare; ad circum Cante- Kingdom of the East brischiriam; ad occidentem Fossam sancti Edmundi et Angles.

<sup>1</sup> Sic in MS.<sup>2</sup> Sic in MS., but the statement so referred to does not appear in the corresponding passage of Beda.<sup>3</sup> W. M., habebaturque ibi, et

habetur, episcopus, &amp;c. (Hardy's text, § 103.)

Cambridge University Press

978-1-108-04869-9 - Liber Monasterii de Hyda: Comprising a Chronicle of the Affairs of England, from the Settlement of the Saxons to the Reign of King Cnut; and a Chartulary of the Abbey of Hyde, in Hampshire. A.D. 455-1023

Edited by Edward Edwards

Excerpt

[More information](#)

10

## LIBER DE HYDA.

Hertfordschiriam; ad austrum Estsex. Et duravit hoc regnum sub duodecim regulis, donec occiso rege Alfredo, Beverley, as altered mundo ab impiissimis Danis Hyngwar et Hubba, Dani by Higden. regnum illud sibi usurparent. Qui Hyngwar, dum quoddam vadum pertransiret, in comitatu Barokensi, dimersus est, quod vadum usque hodie, ab ejus nomine, a provincialibus *Hyngwford* appellatur. Hubba vero dum equitaret, subito terra aperiens os suum vivum absorbuit. Quibus postmodum Danis aut fugatis aut subactis, rex Edwardus senior, filius Aluredi regis, ac Novi Monasterii fundatoris, illud regnum suo annexit imperio.

Murder of St. Edmund by the Danes. A.D. 870.

fol. 2 a.

Succession of the kings from Offa to Sigebert.

In hoc regno primus regnavit Offa, a quo omnes Orientales Angli Saxones "Offingas" vocabant, quas nunc "Fykeys" vocamus. Cui successit Titulus, filius Offæ; cui Redwaldus, filius Tituli, qui omnes australes provincias usque ad Humber ejus ditioni subjecerat, pro favore Edwyni regis Northanumbrorum. Quo Edwyno suadente baptizatus est, sed postmodum apostatavit, consilio uxoris suæ, et facta sunt posteriora pejora prioribus. Deinde Dorpwaldus, qui Christianus est effectus; cui Sigebertus, frater Dorpwaldi ex matre, qui conversus est et baptizatus, cum tota gente sua, a sancto Felice, monacho et natione Burgundo. Qui quidem Sigebertus, postmodum terrenum imperium relinquens, inter reges Anglorum tertius effectus est monachus. Iste sanctus Felix sedem habuit episcopalem apud Dommoc,<sup>1</sup> annuente rege Sigeberto, sed postmodum est divisa sedes in duas parochias; videlicet, post mortem Bisi episcopi, usque ad tempus Ethelbirti regis Westsaxonum, unus sedebat apud Dommoc, et alter apud Helmham;<sup>2</sup> sed tempore prædicti regis facta est unica sedes apud Helmham; sed postea, tempore regis Willelmi primi, translata est sedes apud Theedford, modo vero est apud Nortwycum. Requiescit vero prædictus sanctus Felix in Ramesiensi humatus cœnobio.

<sup>1</sup> Dunwich.| <sup>2</sup> Elmham.